

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Christophori Cellarii, Gymnasii Merseb. Rectoris
Latinitatis Probatae Et Exercitatae Liber Memorialis**

Cellarius, Christoph

Lipsiae, MDCCCLXXXVI.

VD18 12848352

Einleitung

urn:nbn:de:gbv:45:1-15306



AVCTORIS PRAEFATIO.

Diu multumque deliberatum fuit, quo pa-
cto felicius, quam euentus adhuc pro-
bavit, addisci lingua Latina possit. Quam enim
vel sexto aetatis anno coeperunt discere:
vix vicenarii perdiscunt adolescentes, quum
Gallicam alii aut Italicam triennii curriculo
plenissime absoluant. Non ingeniis haec mo-
ra imputanda est, nec ipsi linguae, per se qui-
dem facillimae; sed, si dicendum, quod res
est, praeposterae institutioni, qua flos aetatis,
et vegetissimum tempus his ediscendis rebus
impeditur, quas nullum certius, quam obli-
vio, laboris tanti praemium manet. Instru-
mentum, quo discatur lingua, difficilius, quam
ipsa est, grammatica videlicet, si molem spe-
cetes et praceptorum multitudinem, propemo-
dum infinita; si stili rationem et dicendi ge-
nus, intricata satis, et vix magistris perspicua;
de linguae materia, hoc est, de vocabulis ple-
riique securi sunt, aut obiter tantum illa attin-

gunt. Haec quum pro singulari sua sapientia
considerarent summi viri, qui cura et studio
scholaisticis aequae rebus ac ciuilibus praesunt;
ad reuerendissimum serenissimumque patriae
patrem caussam omnem detulerunt, cuius cle-
mentissimo nuto non solum confirmata fuerunt,
quae illi consultauerant; sed mihi etiam id
munus iniunctum, ut methodo a me praemon-
strata, ab istis adprobata, pliores Latina-
rum vocum tabulas conscriberem, atque etiam
grammaticae non superuacanea, sed usu ne-
cessaria praecepta, ut a pueris quoque intelli-
gi possint, patro sermone consignarem, id
quod pro eo, ac debui, suscepimus studio fuit,
nec sine spe magni adolescentum profectus ad
finem tandem perductum. Est enim tam na-
turae, quam memoriae conueniens ordo, ut
primigeniae voces aetate tenella perdiscantur,
quas ultro, vel sola lectione insequentur, et
tenaciter adhaerebunt deriuatae. Sic copia vo-
cabulorum, et paucis grammaticae, sed necessa-
riis praceptis praeparatus, ad quaevis Latine in-
terpretanda et intelligenda adolescens sufficiet.
Scrib. Merseburgi, Idib. Aug. cīc lxxxviii.

Von-



V o r r e d e .

Die Anfänger in der lateinischen Sprache haben sich nun beynahe ein ganzes Jahrhundert dieses von dem berühmten Cellarius herausgegebenen Libri memorialis latinitatis probatae nicht ohne Nutzen bedienet. Daher, und seiner Bequemlichkeit wegen, hat dieses Buch gleichsam ein Verjährungsrecht erhalten, welches durch die Bemühungen des sel. Herrn Hofrath Gesners, als auch anderer Herausgeber, noch mehr bestätigt worden. Der Herr Rektor Scheller in Brieg hat sich aber hier von einer nicht gar zu guten Seite gezeigt, da er aus einer alten Ausgabe Fehler herausgesucht hat, die schon in der Ausgabe von 1779. zum Theil verbessert worden sind, welches aber der Herr Rektor, ich weiß